



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Vita Benedicti Papae IV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

NOTA.

* Concilium.] Huius Concilii Rauennatis meminit Sigebertus anno 309. his verbis: *Hic etiam ad confirmandam Formosi ordinationem, quem Stephanus papa deposuerat, Synodus 74. episcoporum praesentibus Francorum archiepiscopis & rege apud Rauennam statuit; & coram eis combusta est Synodus, quam Stephanus in damnationem Formosi fecerat.* Acta Synodi ex codice Antonii Augustini Romam missa descripsit Baronius anno 904. num. 16. Qua de causa Ioannes pontifex Roma decedens Rauennam profectus fuerit, ibique pro abrogatione rerum gestarum per Stephanum prædecessorem aduersus Formosum Concilium plenius celebrauerit, supra dictum est in vita Ioannis IX.

VITA
BENEDICTI PAPÆ IV.

Benedictus
IV quando
papa fa-
ctus, &
qualis?

ANNO
CHRISTI
905.

BENEDICTVS IV. natione Romanus post interregnum vnius diei surrogatus est Ioanni IX. anno Christi 905. tempore Lamberti imperatoris. Munificentissimus erga pauperes, viduas & orphanos, inter horum temporum pontifices tamquam sidus quoddam lucidum emicuit. Anno pontificatus sui tertio, qui est Christi 907. ex hac vita migravit, sepultusque est apud sanctum Petrum iuxta aditum, quo itur ad sanctum Gregorium, ubi & sepulcrum eius exornatum fuit epitaphio, quod ex Manlio exscriptum habet Baronius prædicto loco.

VITA
LEONIS PAPÆ V.

Leo V.
quando pa-
pafactus?

ANNO
CHRISTI
907.

LEO V. patria Ardeatinus subrogatus est in locum Benedicti quarti anno Domini 907. tempore Lamberti imperatoris. Cumque quadraginta dies ecclesiam gubernasset, pulsus a pontificatu, detrusus est in carcerem per Christophorum sedis apostolicæ inuasorem, anno eodem haud dubie quo pontificatum adeptus fuit.